

fructibus in sigwalstadhūm prouenientibus omnino persoluantur Exequutores eciam istius testamenti mei instituo discretos viros et honestos Siguidum østani quondam filium, et Kanutum quondam erengisel filium dans eis plenam et liberam facultatem de predictis omnibus disponendi, In cuius rei testimonium et euidentiam pleniorē sigillum illustris principis domini Erici ducis dei gracia regni sweorum presentibus est appensum, vna cum sigillis discretorum videlicet domini E abbatis de iulatum, Domini magni quondam gregorii, Domini mathie quondam ketilmundi, Gregorij quondam kanuti et benedicti fratris eiusdem sigwidi quondam østænsson atque appendente sigillo meo in memoriam premissorum et munimen, Fuit eciam hec pagina scripta in presencia istorum testium domini E abbatis de iulatum et sigwidi østænsson atque thome filii sui, Magni erici olauī de halstum, birgeri ko, et laurencii de ouerby. Datum anno domini ut supra.

Sigillen N:o 1, 3, 5 mer eller mindre skadade; 2 och 4 bortfallna, remsorna kvar.

1584.

1308 d. 30 Maj.

Rumby.

Uplands Lagmannen BIRGER PETERSSONS slutliga öfverenskommelse med Simon af Sundby i Ryds socken, hvarigenom den sistnämnde erhåller Brokenäs, Sundbybolstad med ekskog samt Sundby, emot det han afstår öarne Hennegarn, Herkelsö och Helgö samt utbetalar vissa penningssummor till Sigtuna Predikarebrödrakloster och Täby kyrka.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis BIRGERUS PÆTERSSON vplandie legifer salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare uolo certitudinaliter vniuersis, quod inter me ex parte vna et simonem de sundby parochia ryd ex parte altera, super prediis quibusdam, et causis que inter nos vertebantur hoc modo finaliter est placitatum, videlicet, quod ego predium meum brocænes, jtem siluam quercinam in sundbybolstadhe, et predium sub dicta silua et omnem vsum predicti predij, et silue, et ius quodcunque habui in sundby in villa quam incolit, et ius inpetendi aliquid in sundby ipsi simoni ac suis heredibus, pro me et meis heredibus, iure plenario dimitto, ipsum ac heredes eius liberum dimittens, ex parte mea ac heredum meorum ab omni inpeticione, ex quacunque causa, quam habeo contra eum, sub hac condicione, videlicet, quod ipse simon, ex parte sua, ac heredum suorum, mihi, meis que heredibus, assignat, et appropriat, quidquid possidet in insulis, hennægarnum, herkilsø, halgø, cum aquis, piscarijs, et omnibus adiacencijs ad dictas insulas pertinentibus, prout nunc adiacent vni marche terre quam possidet in sørby, jnsuper debet et promisit dictus simon, quod conuentui sictunie fratrum predicatorum soluet ex

parte mea decem et octo marchas denariorum, in festo beati martini proximo iam venturo, Jtem eidem conuentui, viginti marchas in festo pentecostes post festum beati martini tunc sequente, Ecclesie uero tæby, anno domini. M°. CCC°. IX°. in festo beati martini debet soluere duodecim marchas denariorum. Premisse autem placitacioni inter me, et dictum simonem habite, interfuerunt, karissima vxor mea ingiborgis, et frater israel consobrinus meus, Dominus andreas bringæ, et Dominus benedictus, sacerdotes, et famuli mei, ingo de kefro, ericus Hemmingsson, holmgerus trullæ, karulus grannæ, anundus lamb, haghana, samson, petrus villicus in rumby, johannes thortensson, In euidentiam autem et robur premissorum, sigillum meum, et sigillum karissime consortis mee Ingiborgis et sigillum fratris israelis prioris sictunie consobrini mei presentibus sunt appensa Actum rumby, anno domini, M°. CCC°. VIII°. in octaua ascensionis domini.

Inga sigill finnas, och om de funnits, så har nedra kanten af brevet, der de varit fästade, blifvit i sednare tider bortklippt.

1585.

1308 d. 15 Juli.

Poitiers.

Påfven CLEMENS V:s Fullmakt för Biskopen Nils i Westerås, att vara Ärkebiskop i Upsala, med öfverlemnande tillika af dertill hörande Pallium.

F. 1: 362. An. 3. Ep. 506.

Clemens V. Nicolaum transfert ab Arosiensi Ecclesia ad Ecclesiam Vpsalensem, misso de more Pallio.

CLEMENS &c. Venerabili Fratri Nicolao Archiepiscopo Vpsalensi Salutem &c.

Nuper presentato Nobis decreto postulationis, quam dilecti filii Capitulum Vpsalensis Ecclesie tunc vacantis de te tunc Episcopo Arosiensi ad Archiepiscopatum Vpsalensem concorditer celebraverint, nos postulationem eandem, quam inuenimus de te persona ydonea canonicè celebratam admisimus, teque a vinculo quo tenebaris Arosiensi Ecclesie cui preeras absolutum ad dictam Ecclesiam Vpsalensem de Fratrum nostrorum consilio, et apostolice plenitudine potestatis duximus transferendum, preficiendo te illi in Archiepiscopum et Pastorem, curamque et administrationem ipsius tibi in spiritualibus, et temporalibus committendo, plenam quoque tibi concedendo licentiam ad eandem Vpsalensem Ecclesiam libere transeundi. Cum autem palleum insigne, videlicet Pontificalis officii a Nobis cum ea, qua de-
cui instantia postulasses, Nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de cor-
pore